Quelle: http://manuscripta.at/?ID=37653
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Paschasij Radberti Abbatis Monasterij Corbejensis et Gislileberti Expositio in Lamentationem Jeremiæ Proph. Post incipit: Sunt Cantica Cantticorum, sunt et Lamentationes Lamen„tationum &c: Prodijt hæc Expositio Basileæ St Monie. N: in antico asseere hujus Codicis sequentes 19. Versus legunt: Cum sine Doctrina nihil proficiat Medicina &c: sequuntq; post hæc suscriptio sequens, iste liber pertinet ad S. Mariam Gotwwic. Cod. Membr. fol. min. Manu Sæc. XII. 41 f. 18.

Petri Blesensis. Tractatus de vita et Patientia Job, qui passim Commentarius in Job inscribitur. incipit: Gratias ago Gratiæ largitori &c: typis prodijt in Bibliot. PP. Edit. Lugd. tom. 24. pag. 1157. Cod. Chart. in 4to. Manu Sæc. XV 208 D. 7.

Petri Crescentiensis Senatoris Bononiensis Liber Ruralium Commodorum, sive de Agricultura, multis Plantarum animalium &c: genera„tibus in 12. Libellos distinctus. incipit Prologus: Cum ex virtute prudentia &c: sic vero Liber: Quoniam calthes veris propter continuos ejus labores &c: typis prodijt hoc Opusculum Basileæ 1532. Cod. Chart. in folio M. Sæc. XV. 449 C. 33.

Philonis Judæi. Liber de Opificio Mundi. incipit in eadem Prologus verbis /: ut judicat &c /: S. Hieronymi: Philo Judæus natione Alexandrinus &c: sic vero Liber: Initium Mundi, Adam genuit tres filios et unam filiam &c: hujus operis meminit Cave in sua hist. Liter: Scriptorum Ecclesiasticorum, idque valde commendat. Cod. Chart. in folio. M. Sæc: XV. 254 C. 12.

Prudentij /: Aurelij Clementis :/ Opera Omnia. typis jam prodiere in Bibliotheca Patrum Lugdunensi Tom. 5. pag. 990. alias quoque editiones enumerat Guil: Cave pag. 244. Cod. Membr. in fol. M. Sæc: XII. 34 f. 7.